

211

502.

LAMPAS PERENNILUCA  
 FAMÆ POSTHUMÆ  
 VIRI  
 MAXIME-REVERENDI, AMPLISSIMI  
<sup>atque</sup> CLARISSIMI  
**DN.M.PAULI**  


THEOLOGI EDECUMATI,  
<sup>atque</sup>  
 AD D.CRVVCIS  
**ARCHIDIACONI**  
 DIGNISSIMI,

V. JDUS JANUAR. A.S.R. MDCXCIV.  
 IPSA SOLENNIUM EXEQVIARUM DIE  
 ACCENSA

**PATRONIS, FAUTORIBUS,  
 COLLEGIS ATQVE AMICIS.**



DRESDÆ,  
 In Officinâ Typograph. Elector. Saxon. Excudebat  
 JOHANNES RIEDELIUS.

210



IAMPAS PERENNIA  
TAM CORTENS  
VITI  
DNI. M. P. A. N.

ARCHIDIVISIONI

PATRONIS FATHORIBUS



DRAUDAE  
In Officium Te Deum sicut in Solemnitate Paschae  
Johannes Riederius



**A**urea qui prono fundebas flumine.  
 metra (cus:  
 Sæpius, Eusebii Pieridumq; De-  
 Dignus eras, cuius per funera mœsta  
 Poëtæ

Aoniam vellent increpuisse lyram.  
 Ast ego, cui diudum torpenti vena veterno  
 Obriguit, duri temporis instar habens,  
 Prodere dum meditor justum & renovare dolorem,  
 Qvem mibi commovit mors tua, verto stylum.  
 Prædico felicem, qvi morbos, tormina, curas,  
 Qui mille egregio vincis agone cruces.  
 Non poteras fausto magis omne scilicet annum.  
 Incipere, auspicio vel meliore frui.  
 Namq; tenes, primis quantum non ulla Calendis  
 Eventu dubio vota rogare queant.  
 Qvam vereor, cœptus mala plurima ne ferat annus!  
 Ast à te morbos tollit & omne malum.

Obitum desideratissimi qvondam Collegæ  
 & Compatrios lugens scribēb.

### SAM. BENEDICTUS CARPZOV. D.

**Q**vando mortali, BOSI, Te subtrahis ævo,  
 Deteris & Cathedram, Nosq; Tuamq; Domum,  
 BOSI, noster amor, longo mihi cognite abusu,  
 Nunc etiam sociò juncite labore mihi:  
 Atque ita quando perit promta facundia lingvæ,  
 Ingeniique simul nobiliois opes;  
 Lugeo. Sed Tibi nunc potius gratantia, recte  
 Si mecum reputo, dicere verba decet.  
 Tu nunc in supera sede, acri liber ab omni  
 Morbo aliisque malis, gaudia mille capis.

Supremis honoribus conjunctissimi Collegæ  
 scribēb.

### CHRISTOPHORUS SCHRADERUS, D.

Quo

**Q**uid BOSII CELEBRIS mortem deflemus Amici?  
Vivit adhuc, ejus nescia fama mori.  
Theologia decus & Sophies jubar, entheo Peitho,  
Ensebies oculus, gloria & Historia.  
En! quibus obruumur, subductus morte periclis,  
Morte caret terris, aethere morte caret.

Ultimo honori B. Dn. Defuncti p.

Johann Bartholom. Freyeben/  
Sereniss. Elect. Sax. Conc. Aul.

**B** in BOSIO amisit præclarum Ecclesia fidus  
Ambo sacer mystam nec minus egregium!  
Selectam partem doctorum turba viorum,  
Cui fuit in pretio hæc bibliotheca means.  
Et quæ vel primum mihi deploranda fuissest  
Sqvallida Defuncti grande domus columen!  
Hæc quis non doleat? quis non suspiria fundat?  
Ut sanet citius vulnera tanta DEUS!

sollempniter faciebat

M. Johannes Ernestus Herzogius,  
Sri. Elec. Sax. Eccl. Aul.

**S**ic igitur Nos Collegas, COLLEGIA, relinquis,  
Defecta dicens flebile, voce, Vale?  
Sic carum sacramq; tot inviolabile lustris  
Vinclum, qvodq; fides strinxit abena, secas?  
Sic est! TE tandem nullà medicabilis herba  
Tormine conficit dira podagra suo.  
Erro: CRUCEM nostram, Collega, crucemq; Podagrum.  
Linquis: oras ubi TE nil cruciare potest.  
Dumq; annis senior, precedis in Ordine nostro,  
Ut Senior lethi sit memor ipse, mones.

In honorem Collegii nostri ætate Senioris  
collugens scribebat

Bernh. Schmidt / Cygnæus,  
ad B. Virgin. & S. Crucis Ecclesiastes,  
& Ministerii Dresden. Senior.

**T**empora dum præsens mundo novus ordinat,  
annus  
Mutatae, DOMINO sic moderante, vices,

De

Debueras <sup>in congreſia</sup>, Collega Beate!

In Templo Sanctæ Myſta vacare Crucis.

Decedis moriens, non mortuus, æthera scandis

Ingressus <sup>in</sup> Templum Lucis, ut absq; Cruce

Aſtes ante thronum Summi, Lucisq; ministres

Apoc. VII,

14.

Jac. I, 17.

Ornatu facro nocte dieq; Patri.

Crux manus h̄ic Tibi erat, pes Crux, caput atque  
latus Crux

Et qvid non Crux, dum morbida vita fuit?

Sed fuit, haut ultra est, nec erit. Mala præteriére,  
Succedunt omni qvæ bona fine carent.

Utere luce tuā, lux splendet fama superstes,

Expectant lucem membra qvieta suam.

Tractātimethodum: CHRISTI aſſecla in orbe.

*Viator;*

Et benè finieras, proīn meditaris iter  
Mente novum, Comprehensorem dicturus, & ecce

Non dicis, Civis factus es IPSE poli.

Cum amicis erga lugentes

M. JOHANNES Seebisch/  
Cygnéus, ad S. Crucis Symmyſta.

In conc. ſu-  
per Epif.  
Dominic.  
1693.

Utra annos Nos viginti tranſegimus ambo  
Nexus conjuncti fraternali & candidi amoris,

Primus eras hospes, vicius poſte à fidus,  
Compater, ac animæ curans Collega ſuavis.

Eheu nunc iſtæ rumpuntur vincula cuncta!

Triflem me linguis teſtem morbi atque dolorum,

Omnia queis nunquam cruciata haud membra fuere,

Tēstem me linguis Doctrina & concelebrate,

Quænotum appimè docto Te reddidit orbi.

Notitia nunc ſalvifica edulcata fluenta

Hauris contemplans Trinūnum mente beatā.

Hunc ego supremum aeternum Tibi grator honorem

Cælitus expectans grata ac clementia Fata,

Lugens f.

M. JOH. HENR. Kühn.

Qvt

**Q** Vi vivus graviter pro rostris dicere qvondam  
Noverat, & Rhetor judiciosus erat,  
Bosius occubuit, dignus cui SVADA parentet  
Ipsa, ac ferali carmine eum decoret.  
Flete Oratores reliqui, qvòd lingua diserta  
Nunc atros solvi debeat in cineres.  
Sed tamen interea post mortem scripta loquentur  
Publica, qvæ nobis ante legenda dedit.

*Supremo honori defideratiss Dni. Coll. lug. deb.*

*M. Joh. Georg. Hahn.*

**Q** Vid celsum subitò mitescit frigore Cœlum?  
Albis cur concreta gelu tua solvitur unda?  
Gemmeus atq; sacris qvare penetralibus hæret  
Humor? Brumalis lœtum dum Jane reducis  
Annum. Proh mediò jāctatur turbine lethi  
BOSIUS! hunc moestis pluviis revolubilis Æther,  
Albis inaccessò nivibus de monte solutis,  
Deciduis ast templorum penetralia guttis  
Plorant: Hoc fieri, qvis nostrum, jure, negabit?  
Ecqvis enim nescit percisso de Æthere natum  
BOSIUM Apollineas crebro resonasse Camœnas  
Per virides Albis ripas qvas doctus Homerus  
Miretur, lingvæ qvis nescit dulcia dona?  
Qveis, lacra recludens mysteria, templo replevit?  
Quid mirum ergo Virum hunc Cœlum, Albim Templaq; flere?  
Plorant: Sed latus, BOSI, super Æthera vectus  
Rides atq; novum feliciter incipis annum,  
Annū qvem crudelē malum non inquinat ullum,  
Qvem nisi prosperitas æterna & gaudia stipant.  
Hunc gratamur, Sancte, Tibi feliciter annum,  
Annū felicem vere, qvò percipis omne  
Qvodjamjam alternis votis optare soleris,  
Sed tamen ancipiti dubio mala qvid feret ætas.  
O Deus interea sobolem solare relictam  
Bosiadē largō lacrymarum flumine vultum  
Rorantem, dum se videt orbam utroq; Parente.  
Tu illi lugubrem fecisti anni novitatem,  
Tu potes arra gravis dispellere nubila luctus,  
Fac redeat lœtum splendentis lumen Olympi!

*Honoribus supremis Venerandi in Christo Patri &  
Fatoria astutissimi scribi.*

*M. Christianus Augustus Hauseñ  
V.D.M.*



**E**rgo Serve DEI bone, BOSI, Serve fidelis  
*Intraisti Domini gaudia sancta tui.*  
*Spiritus in Cælis gaudet, veteresque dolores*  
*Oblitus, mundum spenit & omne malum.*  
*Molliter interea sub terris ossa quiescant!*  
*Tu verò in nostro pectore semper eris.*

Debita Condolentia ergo f.

*Christianus Geschke / Pastor*  
*Paleo-Dresden.*

**D**Er grosse Wunder-Gott; Mein hochgeschätzter Bos!  
Hats wunderlich mit Dir / in dieser Welt gemacht/  
Wenn Seine Hand / gar oft/ Dich drincte Tag und Nacht/  
Und ließ in lauter Dorn Dich stehn / als eine Rose;  
Doch blieb der Geruch der hohen Gottes-Gaben/  
Der Glaube und Geduld von Dir nicht ausgesetzt/  
In allen Stürmen war Dein Herze recht beberzt/  
So daß es mußte sich mit Jesu Blut zu laben;  
Daher Dein treuer Gott / als sein Sohn ward beschlitten/  
Und zartes Blut vergoss / auch an Dich hat gedacht/  
Und bald Dir zugeschickt im Tode neue Kraft/  
Mit welcher Er Dich hat recht woslen überhüten/  
Nun ist das Traur-Jahr zurück / Liebster Bos!  
Die Dornen sind hinweg / Du hast ein Neues-Jahr/  
Hört! die Ihr traurig seyd: Es ist gewißlich wahr:  
Herr Bos ewig blüht / als eine Himmels-Rose.

Schuldig bin ich gestzt von  
*Benjamin Martini, Pfarrer*  
zu St. Ann.

**B**O SIUS externum celebrat feliciter annum,  
*Annum dum nobis itq; reditq; novus.*  
Multos hoc ipso morbos superavit acerbos,  
Ægrò queis graviter corpore pressus erat,  
Molliter in tumulo nunc ossa levata quiescunt,  
*Annus non ullus donec in orbe ruet;*  
Deliciis semper fructur mens incola cœli,  
Inter & Angelicos gaudet ovatq; choros.  
Gratulor hunc annum merito, *Dodifime BOSI,*  
Seculo in æterno vive valeq; novo!  
*Theologorum interea Preciarum plangimus omnes,*  
Et tulit hic annus tristia fata *Tuis.*

In honorem beatoe Defuncti scrib.  
luggens

**M. Johannes Gotlieb Lucius,**  
*S. Theol. Baccal. & Diac. Palæo-Dresden.*

Tu

**T**U qvoque nunc, BOSI, pravo TE subtrahis orbi,  
Anno cumqve novò vulnera nostra novas,  
Qvæ sunt morte Foro VOGLERI inflicta, facultas  
Cui data regnandi vix imitanda fuit.  
Deperit usqve adeo sensim genus omne, qvod ære  
A prisco est reliquum, & simplicitatis amans.  
Qvæ jam damna gemunt nullo instauranda labore  
Sollicitis elegis Eusebie atqye Themis.  
Nam, BOSI, ingenio vasto es complexus id omne,  
Orbis qvod doctus suspicere usqve potest.  
Et quis ritè queat laudum magmenta referre  
Qvæ vere propriæ, Dive, fuere Tibi?  
Nulla Tui ergo meani capient oblia mentem  
Donec in hac terrâ est vita vigorqve mihi.  
Non parvi damni est mors hæc præfaga. Columnas  
Serva, qvas stantes, magne Jehova, vides,  
Inqve Forò atqye Chorò lapsas reparare memento,  
Ut tuus æternum consolidetur honor!

*M. Joh. Christophorus Schuvarz,  
ad D. Ann. Diac.*

**P**ost tantas curas, duros dirosq; labores;  
Post varias vite mirificasq; vices.  
Exactos post tot morbos & mille dolores,  
Post luctus, luctam, claudis in orbe diem.  
*Magne BOSI. ANDREÆ FRATRI quem JENA stupebas*  
Doctrinæ Ingenio par, nisi major eras.  
Philologus, Polyhistor, Philosophusq; Poëta,  
Myſta Dei dignus, Theologusq; gravis.  
Nunc uno hæc tecum clauduntur cuncta sepulchro,  
Qvæ plures Claros reddere in orbe queunt.  
Fama tamen nobis remanet, fructusq; laboris  
Templo, urna corpus, ſpiritus ipfe DEO.

*Pia memoriz causâ appos.*  
**M. Franciscus Rühr**  
ad St. Johan. Bohem. &  
Germ. Concionator.

**M**orte cadit vita ſpargens VIR dogmata grata,  
Qvem Sophies ornat maxima, morte cadit.  
Morte cadit modo sed fragilis vexataq; morbis  
Pars; ars, laus nullo tempore morte cadit.  
*Ultimi honoris contestandi gratia appos.*  
**Casparus Schröter/**  
P. P.

LAMPAS PERENNILUCA  
FAMÆ POSTHUMÆ  
VIRI

MAXIME-REVERE

*atq; CLAR*

DN.M.I



THEOLOGI E

AD D.C.

ARCHID

DIGN

V. JDUS JANUAI  
IPSA SOLENNIUM  
ACC

PATRONIS, E  
COLLEGIS



DRESDÆ,

In Officinâ Typograph. Elector. Saxon. Excudebat  
JOHANNES RIEDELIUS.